RUPERTUS TUITIENSIS. LANFRANCUS CANTUARIENSIS. HIERONYMUS. ETC.
12. Jh. Seite 80r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26274
Copyright: Admont, Benediktinerstift



disponens omia. Que miracula facta esse ignorat nullus
quisquis in ecclasticis hystoriis seu sanctorum patrum gestis est ali
quantulum studiosus. Que scripture tam et si illa excelsissima
auctoritatis arcem non optineant quod donate sunt quas pphetas
seu apostolicas nuncupamus. hoc tamen probare sufficiunt quod hanc
fidem quam nunc hominis omnes fideles qui nos precesserunt apostolicis temporibus
habuerunt. Alioquin cum in decretis romanorum pontificum sacrisque
canonibus apocriphe scripture nominatim dampnate sint
he quoque specialiter dampnarentur nec in ecclesia catholica a ca
tholicis sollempniter legerentur. Adversus tantam divinarum
auctoritatum lucem questionis caliginem opponere non desistis
dicens. Quod tu verum xpi asseris in sacris litteris appellatur spe
cies. similitudo. figura. signum. mysterium. sacramentum.
Hec autem vocabula ad aliquid sunt. Nulla vero que ad aliquid refe
runtur possunt esse id quod sunt ea ad que referuntur. Non est igitur corpus
xpi. Hoc in quodam scripto tuo diversis ac prolixioribus verbis sed non
mutata sententia reperi. Hoc garriunt discipuli atque
sequaces tui subversores quidem aliorum et ipsi auro et argento
cetaque pecunia tua ante subversi errantes et alios in
errorem mittentes. non intelligentes sicut dicit apostolus neque
que locuntur neque de quibus affirmant. Verum his vocabulis
in nullo prescribitur fidei quam credimus et veritati quam defendimus.
Species namque et similitudo illarum rerum vocabula sunt que
ante fuerunt. et ex quibus corpus xpi sanguisque conficitur panem
dico ac vinum. Unde in fine cuiusdam misse orant dicentes. Perfi
ciant in nobis domine quesumus tua sacramenta quod continent. ut que specie
gerimus rerum veritate capiamus. Postulat quippe sacerdos
ut corpus xpi quod sub specie panis vinique non geritur manifesta